

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli y
cum fonte primo

Paulus

ultra humana raptus est ad tertium celum.
Celestia secreta cognovit
ut ecclesiarum futurus doctor inter angelos disceret
quod inter homines predicaret.

Maximus in sermone apostolorum Petri et Pauli.

Hic est Paulus,
qui pro suarum remuneratione virtutum
ultra humana merita tertium raptus coelum,
coelestia secreta cognovit (*I Cor. XII*);
ut Ecclesiarum futurus doctor inter angelos disceret
quod inter homines praedicaret.

Maximus Taurinensis, *Homeliae*, 68 (PL 57,
col.396A).